



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus IV. De Sponsa duorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

tionis praecepti, quæ bona vel mala erit ratio-
ne suis aut causa, propter quam sit. Itaque
cum Trid. tantum adficat loca, ubi publica-
tum & receptum, non potest dici contraveni-
re, ejusque præceptum violare, qui alibi, ubi
non obligat, nuptias clandestine contrahit,
cum iure suo utatur, præceptum Trid. neutri-
quam violans, quod in loco isto non recep-
tum non obligat. Aliud est, si quis, ne coram
suo Parocho contraheret, alio migraret, ubi
Trid. receptum. Vid. Sanchez d. Dijp. 18 q. 4. n. 7.
Opin Decal. lib. 1. c. 13. nu. 35. Rebel. d. qu. 7. nu. 15.
¶ 16.

24 Quid in captiuis apud infideles statuendum?
R. Eos non obligari decreto Trid. cum, secun-
dum dicta, illud tantum obliget in locis, ubi
receptum & publicatum. Non est autem re-
ceptum apud infideles, ut matrimonio eo-
rum sine Parocho aut testibus sint valida. Nihil
faciente, quod ante captivitatem in eorum pa-
rochia fuerit publicatum, cum lex postea loco
obliget tantum eos, qui in loco sunt, non eti-
am qui extra eum agunt. Sanchez d. Dijp. 18. q.
15. Rebel. d. qu. 1. n. 17. ¶ 18.

Heretici existentes in loco, ubi publicatum
est Conc. non eximuntur ab eius lege, & nisi
coram Parocho & testibus contrahant, ini-
nicti contrahunt, etiam si in loco haeresis domi-
natur; nam ea res non ponit immunitatem ab
obligatione dicti decreti. In oppidis tamen &
pagis, ubi pastoris non est copia, nec eius vicis-
tences haberi potest, nec proximis locis adi-
ni, validè sine Parocho matrimonium initii, dici-
tur declarasse Clemens VIII. Infideles inter
Christianos habitantes non teneri hoc de-
creto, ex eo patet, quod sit Ecclesiæ, cui se non
subjecterunt eijs legibus non tenentur, non
obligatio ad eas prærequirit subjectiōnem.

TITULUS IV.

De Sponsa duorum?

SUMMARIUM.

1. Una pluribus non est sponsanda.
2. Spousa posteriora non prajudicant prioribus.
3. Matrimonium prius non consummatum non
dissolvitur per posterius consummatum.

V Tuna tantum habenda uxor, unus mari-
tus, ita una non est sponsanda pluribus,
nec sponsalia cum diversis ineunda; non tan-
tum simul, sed ne quidem subsequenter. * Po-
steriora enim minime præalent prioribus:
quæ matrimonio quidem incendo cum alio
impedimentum posuit, nos tamen nisi impe-
dimus; cum alio subsecutum teneat, secun-
dum dicta supra Tit. I. Quæ tamen res non est
extra peccatum grave, propter gravitatem ma-
teriae, cap. 1. § 2. b. t.

Procedit autem matrimonii istius effectus
etiam ante copulam matrimoniale, cum
eius substantia consistat in consensu, per quem
vinculum ponitur, non etiam in copula. Quo
modo matrimonium prius non consummatum
nequitam dissolvitur per subsequens consum-
matum, c. 3. b. t. nihil obstante contraria con-
suetudine, c. fin. b. t. Eo modo quo is, qui alteri
rem vendit & tradidit, frustra postea cam-
dem alteri vendit, cum nihil juris in ea habeat.
Nihil facit, quod per consensum de præsenti
ante copulam, non transferatur dominium cor-
poris, quam satis est translati potentiam ad co-
pulam, Barbola ad Rubr. D. Soluto matrim. p. 2.
nu. 83. que facit matrimonium sponsalibus
de futuro esse potius, & omne suum esse ha-
bete; cum qui transfullit semel potestatem
sui corporis, amplius eius transferendi copiam
non habeat. Notant leges infamia cum, qui bi-
na sponsalia, binasve nuptias eodem tempore
constitutas habuerit, l. 1. in fine D. De his qui
nos infamia.

TITULUS V.

De Conditionibus appositis.

SUMMARIUM.

1. Condicio adjecta sponsalibus ea non viriat.
2. Condicio impossibilis non viriat, sed viriat.
3. Condicio perpetua continentia an sit contraria
substantia matrimonii.
4. Ad matrimonii valorem requiritur consen-
sus in copulam.
5. Condicio defasturo suspendit contractum ma-
trimonialem.
6. Idque in sui eventum.
7. Condicio omnimodo extituta an eum differat;
8. Con-

Ecc. 8. Con-